


Crauoicensis Studior. Univ. Jagell.
Promotiones Ordinis Philosoph.
1738 15 gbris.



Boenya 2994.

Matyszeko Thomas Ingressus ad Capitulum laureati
honoris VIII. W. dd. primae laureae Candida
torum. -



INGRESSUS

Ad Capitolium Laureati Honoris
VIII. VV. DD. Primæ Laureæ Candidatorum,

Dum post arduum, rigidi laboris certamen,

In acie Stagyritica expeditum

P E R

Illustrem, Clarissimum, & Admodum Reverendum Dominum

D. M. LAURENTIUM

SALTSZEWICZ,

Philosophiæ DOCTOREM, ejusdemq; Matheseos & Astrologiæ in Collegio Minori PROFESSOREM Ordinarium,

In Alma Vniversitate Cracoviensi

Artium & Philosophiæ Baccalaurei
ritu solenni

Applaudente Magnorum Hospi-
tum frequentia

PRONUNTIARENTUR,

TRIUMPHALIS;

THOMAMAŁYSZKO,

Ejusdem Laureæ Candidato

Stylô Poëtico

DESCRIPTUS.

Annô Dei Hominis in terra triumphantis 1738. Die 15. 9bris.

CRACOVIAE TYPIS VNIVERSITATIS



PROGRAMMA

Divinissimus
JOANNES CANTIUS,
Sacrae Theologiae DOCTOR,
Regni Poloniae PATRONUS,
ANAGRAMMA

Jo sono: in Eo redijt ad coronas triumphus,
scio, cessant plagæ, nœniæ, nostri vulgi.

EPIGRAMMA.

Fama volat quòd dira volunt nos vincere fata,
Cedat at ex nostris cordibus iste pavor.
CANTIVS à Superis nostro provisus in orbe
Fata premet, meritò hoc *Jo. poeta. sono.*
En in Eo ad nostras redijt spes fausta coronas
Cum qua non anceps ecce triumphus adest.
Iam scio quòd cessant Ejus mediante favore
Plagæ quas nobis incutit ira Dei,
Nœniæ & abscedunt, quæ nostri pectora vulgi
Concutiunt, pellit CANTIVS ista pius.



PRIMIPILO
Eruditorum Certaminum
D. JOANNI
CANTIO,
In Universitate Cracoviensi
Sacrae Theologiae
DOCTORI & PROFESSORI,
Principali Regni Poloniae & Magni
D. L. ejusdemq; Universitatis
PATRONO,
Ode Votiva.



Ulchra non tantum tribuuntur ipsis
Bella Gradivis, acies nec una
Martis est tantum sine caede nullos
Nacta triumphos.

Arma sunt Musis etiam, nec ipse
Ulus armorum minor est; cruentis
Nostra non cedunt licet absq; ferro
Prælia bellis.

Dive, qui toti metuendus Orco
Jam tot & tantis celebrer trophæis
Ausibus sanctis retulisse ferris

Mille triumphos,

Qui vel in docta toties arena
Laureas magnus peperisse Victor
Diceris, Pallas quoties in illa

Bella moveret.

Quis posset omnes numerare pugnas,
Scire quis cunctos, quibus ire contra
Non verebaris, resolutus, hostes

Semper in omnes.

Quàm foret pulchrum tua vel videre
Quælibet quantum fuit ad stuporem
Lucta, vel quales tibi struxit ipsa

Gloria currus.

Subdita primò Tibi carne, demum
Sensibus mirè rigidum subactis
Ad jugum, pulchros meritis jugales
Victor habebas.

Cæteris esset satis inquilinis
Hostibus tantùm dare jura, non sic
Est Tibi visum, nimis esse parva

Ista putabas.

Quæ domi solùm fierent, & illos
Ni subegisses Tibi, qui videntur
Fortiùs telis inimica Sanctis
Bella ciere.

Solus in pugnas etiam vocabas,
Quos laceßentes alij timendo
Ne forent victi sua maluerunt
Linquere castra.

Non semel sub Te gemuit subactus
Tartarus, stratos pedibùs terebas
Non semel, quamvis toties rebelles
Orbis amores.

Sic novo semper vehebaris almus
Gloriæ curru quoties novorum
Hostium Victor; memoranda nobis
Facta relinquens.

Æmuli laudis sumus, at JOANNES
Parce quòd nostris tuus ardor armis
Non inest, parvis tamen adde sanctum
Viribus ausum.

Audjuva magnus tenues clientum
Gratijs mentes, solida pusillas,
De tuis pugnis Pater alme nostris
Adde triumphis.

B

Illustribus.

Illustribus Clarissimis & Admodum Reverendis Dominis,
D.D. EXAMINATORIBUS.

Illustri Clarissimo & Admodum Reverendo Domino,
D.M. LAURENTIO
SALTSZEWICZ,
Philosophiæ DOCTORI ejusdemq; Matheseos & Astrologiæ
Ordinario in Collegio Minori PROFESSORI,
ac interea Facultatis Philosophicæ DECANO.

Illustri Clarissimo & Admodum Reverendo Domino,
D.M. ANDREÆ
CYBULSKI,
Philosophiæ DOCTORI, ejusdemq; Regio PROFESSORI,
Collegæ Majori, Ecclesiæ Collegiatae S. ANNÆ Cracov:
SCHOLASTICO.

Illustri Clarissimo & Admodum Reverendo Domino,
D.M. IGNATIO CANTIO
HERKA,
Philosophiæ DOCTORI & PROFESSORI, Collegæ Minori,
Ecclesiarum, Cathedralis Cracoviensis Garvasciano
CONCIONATORI, Parochialis in Gay CVRATO.

In vim debitæ gratitudinis

VOTIVUM CELEUSMA.


DVces in armis gloria militum
Concernit omnis, militibus Decus
Causant Duces totum sagaces
Dum pavidas animando mentes

Vel

Vel fluctuantes consilijs regunt,
Vel arte belli quomodo vincere
Liceret edocent & addunt
Non modicos bene Martis ausus.
Duces eratis, nos modo milites
Fatemur, omnem scribere gloriam
Vobis tenemur, proprijs nec
Viribûs aût meritjs receptam.
Te prima Princeps Musa canit chely,
Te prima nervjs Aonijs colit
O Dux Sophûm Tu principalis
Materies mihi laudis extas.
Tu fronte prima quomodo langvidam
Movere mentem, vel medios quoq;
Quonam modo sit irruendum.
Per cuneos docuisse factjs
Probaris ipfis. Nam quoties Stoa
Te disputantem vidit, in omnibus
Vidit satis dextrum, peritum,
Atq; latis validum duellis.
Factjs quot olim tot radijs nitens
(Hoc fama de Te publica concinit)
In Litavo Ducalis Albæ
Splendueras Helicone Phæbus.
Innata planè sic Mathesis Tibi,
Vt non inani nomine certiùs
Alter Ptolomæus proberis
Mente Tua tetigisse Cælum.
Secunde de Te quid loquar optime
Dux noster, aût quid non loquar optimum
Docto decorus qui labore
Mille simul titulos mereris.

Classes regebas dum Novodvorscias
Nunquam solebant Syrtibus obrui
Sed Te regente gloriosè
Propositum tenuere portum.
Palam docent hoc MYSZKOVIAE Scholæ
Director olim præfueras quibus
Quòd sis tuo sæclò refulgens
Doctiloquæ Cynosura Stoæ.
Verbo potens es, pectora quo moves
Disertus in tot Tullius exedris
Candore vir notandus ipso
Mente sagax genioq; doctus.
In Te venustæ pulchra modestiæ
Icon, & in Te doctiloquo Sopho
Iam pene Divinum renatum.
Tempora nostra stupent Platonem.
Iam tertium Te laudibus en mea
Notare vellet penna decentibûs
Ducem, Tibi sed ipse laus es
Et meritis decus ipse magnis.
Fructus Honoris nonne Lubranscia
Pinus sat amplos progenuit Tui
Sudore quam Tuo rigasti
Emeritis decorate in ævum.
Victor triumphis. Non memoro Tuos
Quos mente docta, carmine vel stylo
Extradidisti jam labores
Muta tuæ documenta laudis.
Et plura de Te scribere me jubet
Iam nota cunctis publica gloria
E rupe Vavelli resultans
Tot Cathedris resonans in altis.

Ast ut Tuæ, non, jura modestiæ
Lædam, meam jam subtraho paginae
Pennam, Tibi, sciendo, de Te
Sæpe magis Tacitum placere.
Iam penna Vestris laudibus immorans
In vota Vobis debita desinit
Duces Triumphi Laureati
Laudibûs omnigenis profecto
Sublimiores. Vivite Vivite
Et fata Vestris vincite sæculis
Semper triumphantes Honore
Militiæ decus in Togatæ.



INGRESSUS

Ad Capitolium Laureati Honoris

VIII. VV. DD. Primæ Laureæ Candidatorum,

TRIUMPHALIS;

H. V. D. JACOBUS

JARMUNDOWICZ,

Capitolium Laureati Honoris

Ingreditur in curru Solis, equis vecto. juxta Ravisiu m.

Cum Lemmate:

Illum non equus impiger

Curru ducit Achaico

Victorem.


Horatius.

Non jam cōmemorēt antiquos sæcla triūphos
Non jaçent vectos in curribus Emilianos,

€

Nec

Nec Capitolini demonstrent limina fani
 Magnanimis patefacta viris. His omnibus una
 Palladis in stadio præstat victoria pompis.
 Hic palmæ laurus, hic sunt Capitolia Stoæ,
 Hic quotquot docti sunt, tot sunt Æmiliani;
 Quorum pomposo ne quidquam desit Honori,
 Ecce suos etiam dant ulro Numina currus.
 Es Visus IACOBE satis dexterrimus Heros,
 Palladis in docta non victus Victor arena,
 Qui non arma ferens Martis, sed mentis acumen
 Dotibus ingenuis & pulchræ robore svadæ
 Conflictum toties millena trophæa per unum
 Te meruisse probas. Hinc dum IACOBE triūphans
 Ædem Laurigeri Victor conscendis Honoris,
 Ipse Tibi proprios Phæbus dat sponte jugales.
 Nec Phaeton fies, spondet constantia pro Te.
 Si Patruī retinebis iter, mox omine fausto
 Alta petes virtute duce & comitante labore.



III. V.D. MELCHIOR KOCHNOWSKI,

In Curru Dianæ cervis vecto. juxta Claudianum.

Cum Lemmate:

- - Confertoq; agmine cervi

Torpent mole nova.

Virg:

Quod labor in docta spectatur victor arena
 Laurigerosq; referre triumphos,
 Non mirare: labor nam segni serpere passu
 Ignorat, sed præpete nisu
Captum

Cæptum pergit iter. Nil profecisse putatur
Hic quisquis gressum remoratur.
Nec celeri solet ire gradu. Tibi MELCHIOR unus.
Quo steteras generosior olim
Passus, pro docta cupiens certare corona,
Cursus erat requie cariturus.
Es celer ingenio, celer es pro munere docti
Condignè certare Lycaei.
Tranfigis insomnis vigiles noctesq; diesq;
Vt studijs melioribus aptus.
Efficiare Sophus. Cursum dum perficis, ecce
Victor ades, propriosq; Diana,
Non cessaturi, celeris sed signa laboris,
Cum curru confert. Tibi cervos
Vectores. Age prosper iter, non desine cursum,
Majores habiturus honores.



IV. V.D. SIMON SZAFRANSKI,

In Curru Thetydis Delphinibus vecto. juxta Tibullum.
Cum Lemmate:

Eccc Triumphator latitante ex hoste togatus. Prudentius.

UT solem radijs suis
Terraë tumq; Poli clymate fulgidum
Nunquam dividuo pede
Semper concomitans umbra sequi solet,
Sic non dissimili modo
Virtus egregium condecorans virum,
Consuevit comitem sibi
C₂ Æqualem

Equalem meritis cernere gloriam.

Hoc, quod pætereuntia
Consuetâ methodo sæcula comprobant,

Tu SIMON meliùs probas.
Fulges eloquiò floriger optimo


Ac luce ingenij nites,
Es vivæ species pulchra modestiæ
Vir nutrite laboribus.

En, quæ Te sequitur, cernito gloriam,

Cujus Laurea symbolum.
Hinc ad Palladium Te Capitolium

Delphinis Thetys invehit,
Eurippi tumidis qui fore crederis

Expers fluctibus obrui.



V.V.D. JOANNES RYGALSKI,

In Curru Tritonis piscibus vecto juxta Politianum.

Cum Lemmate:

Virtus

Et muris quoq; piscibus

Donatura sonum. Horatius.

Tantum multipotens vis sapientiæ
Collatum à superis imperium tenet,

Vt quando Superùm Curia decidit

Astris quòd dominabitur;

In terras etiam tumq; Propontidem.

Conecsum sibi jus hoc & in æthera.

Extendat. Probat id Palladis in domo,

In qua, laurigeris Honor.

Dum

Dum debet meritis distribui Viris,
Ut magnis niteat pompa decoribus,
In Plausus solitos Numina convocat
Doctis in famulitium.

Cesserunt etenim cætera cæteris,
Divum Plaustra; Tibi nunc Dominus maris;
Currum cum proprijs piscibus obtulit
Pro fæudo sapientiæ.

Hoc tu conspicuus per medium salum,
Sudoris veheris, neq; Charybdibus
Impingens venies ad Capitolium,
Per symplegades invias.



VI. V. D. BLASIUS KOSCIENSKI,
In Curru Bromij Lycibus vecto. juxta Propertium.
Cum Lemmate:


Ne corporis optima Lynceis
Contemplare oculis. Ovidius.

Linea subtilis celebrem demonstrat Apellem;
Noscitur ungue leo.
Te qualem redimit Victorem Pallas amica,
Currus hic iple probat.
Dotibus his, quæ te decorant, bene credito pōpa
Convenit ista tuis.
Victor laurigeri jubilans Augustal Honoris
Lycibus ingrederis.
Hi monstrant qualis fueris, dum mentis habentur
Symbola vera tuæ.
In te resplendet mentis solertia pulchræ,
Ingeniumq; sagax.

D

Quæ

Quæ condit natura, Sophus secreta repandis
Et penetras animô.
Vir gravis, ast nulli nutu, factove, vel ore
Credereis esse gravis.
Dotibus his ergo tum pulchris orbe Togato
Conspicuis meritâs
Procedas felix ac adversantia vincens
Scandito summa precor.



VII. V.D. SIMON BALANOWSKI,


*In Curru Funonis pavonibus vecto. juxta Franciscum
Mirandulanum.*

Cum Lemmate: *bonis avibus* Ovid:

Severunt veteres prospera vel mala
Signis ex varijs omina sumere,
Eventusq; futuros
Multis augurijs dare.
Sed quis jam veterum currat ad auspices,
Cum de Te satis est augurium bonum
Ex pavonibus istis,
Te Iuno quibus invehit
Celsi Laurigeros in Capitolij
Postes: has etenim pennigeras aves
Cunctis, optima de te,
Mens est una, videntibus,
Veris auspicijs omina pandere
Cum de Te probitas perspicue tuæ
Vernanti insita vitæ
Quævis spondeat optima.

SIMON

SIMON his avibûs faustiùs evola
In condigna Tibi culmina gloriæ,
Nec lapsum vereare
Qui semper medium tenes.



VIII. V. D. ANDREAS SZALOWSKI,

In Curru Cytherææ columbis vecto. juxta Ravisium.

Cum Lemmate:

- - - *Geminæ cum sorte columbæ
Ipsa sub ora viri calò venere volantes. Virgilius.*

INtegra non est his laus, quos sapientia sola
Decorans commendat viros

Omnibus & titulis

Vult fieri dignos; etenim sapientia sola

Cui virtus nulla est comes

Dedecorat potiùs.

Hoc bene cùm nôsti, totas cumulare volendo

Tibi laudes o ANDREA,

Providus ecce tuo

Confocias animo probitatem cum sapiente.

Sapis, sed ne superbias

Esse soles humilis,

Et quamvis nitido doctrinæ lumine splēdes

Sed hoc pulchrè modestiæ

Temperat umbra tuæ.

Ac ut simplicitas tua cordis fortè pateret,

Columbas in plausus suas

Dat Cytheræa Tibi.

D₂

I. V. D.

L. V. D. THOMAM ALEXANDRUM
MALYSZKO,
Authorem Operis

Cybele: in Curru suo, leonibûs, vehit:
juxta Virgilium.

Cum Lemmate:

luncti currum subire leones: *Virg: 3 Æneid:*

QUEM

V. D. MELCHIOR
KOCHNOWSKI,

Ejusdem Laureæ Candidatus:

Cum fraterno mutui affectûs comitatur


Applausu

Cedere si debet doctæ Bellona Minervæ,
Hemum si superat Pindus honore suo,
Si Mars compositis Clarium veneratur & armis,
Cedere si Sophicæ constitit arma Togæ,
Ergo Palladio simili ratione triumpho
Splendorem cedat maxima pompa suum.
En quàm jucundum docta virtute nitere!
Pulchris lauriferam passibûs ire viam!
Ire viam, quam trivit honor, vel quidquid in illa
Calcâris, tibi si non rosa, laurus erit.
Hac THOMAS graderis doctam pomposus in ædem
Dum Victor Lauro tempora subdis ovans.
Tempora


Tempora quæ docto toties sudore madebant
Palladius viridi fronde retergit honor.
Quis te doctiloquæ nescit placuisse Minervæ,
Sive vicissim illam complacuisse tibi.
Quem natura satis cohonestans indole pulchra
Quem decorans virtus dotibus ipsa suis
In cuius tenero residendo modestia vultu,
Quod sis cunctorum dignus amore probat.
Dum veheris Victor generose leonibus, inde
Omnia te facile vincere posse patet.
Ergo procedas faustus plus ultra triumphans,
Et mala semper ovans obvia quæq; teras
Nostras scripsisti sapienti carmine laudes,
Fama notet factis te precor ipsa suis.




Permissu
Magnifici Domini
RECTORIS.



Tantum quae loco toties hinc natebant
Palladius viri fons recentis hinc
Quis se docet hinc nate placuisse Minerva
Sive vicissim hinc complacuisse tibi
Quem natura facit cononellam inde pulchra
Quem decorans virtus decorat ipsa tunc
In cuius tanto latendo modesta vitam
Quod in constanti hinc amoris probat
Dum veteris Victor generis leonibus inde
Quanta se facile vincit posse potest
Ergo procedas tantis plus nunc triumphans
Et mala hinc optat ovans quae ducit tunc
In omnes scriptis sapienter canimus laudes
Tanta nosce salus est procor ipsa tunc



Permissu
Magnifici Domini
RECTORIS





Biblioteka Jagiellonska

std:0027790

